SERENISSIMO
AC
POTENTISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO
CAROLO
THEODORO
COMITI PALATINO RHENI,
SACRI ROMANI IMPERII
ARCHI-THESAURARIO,
AC
ELECTORI,
BAVARIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ
ET MONTIUM DUCI, PRINCIPI MOERSIÆ,
MARCHIONI BERGÆ AD ZOOMAM, COMITI
VELDENTIÆ, SPONHEMII, MARCHIÆ,
ET RAVENSPURGI, DYNASTÆ IN
RAVENSTEIN, &c. &c. &c.

DOMINO, DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME,
AC
POTENTISSIME
PRINCEPS
ELECTOR,
DOMINE DOMINE
LONGE CLEMENTISSIME!

VIX aberam à metâ, in Jurisprudentiæ ſtadio tot laboribus (ac per integrum quidem luſtrum) quæſitâ : quin & arborem, ex quâ ſuſpenſa erant currentis præmia, oculis lætabundus uſurpabam. At verò, dum carpendæ coronæ manum putabam admovendam, ſubito concidit eadem arbor ; ac, quæ

ante

ante ſuis me alebat fructibus, triſtiſſimâ metamorphoſi ſterilem cupreſſum induit. Nempè ſtudiis meis coronidem dum publicâ diſſertatione imponere fixum erat; patrem, mei verè amantiſſimum, fata eripuere: ac proinde filium, non niſi plauſus medidantem, luctu & ſquallore (opinione celerius) in volverunt. Quid agerem neſcius, ceſſi (mutatâ mente) his in miſeriis adverſanti fortunæ; meque in planctum Compoſui: ratus ſpem omnem beatioris vitæ mihi præſciſam. Sed (quæ humanæ ſortis felix eſt inconſtantia) denſas has inter nubes gementi, fatique rigorem deploranti, gratiſſima denuo oborta lux eſt: TUA *ſcilicet*, SERENISSIME AC POTENTISSILE PRINCEPS ELECTOR! TUA (*inquam*) *Clementia Jacentem ereit, erectúmque novo ſpiritu recreavit; Dum à ſecretis publicarum*

carum pensitationum esse me nuperrimè voluisti quàm indulgentissimè. Nihil igitur est, cur cœptum non prosequar consilium: atque ita collato in me beneficio digniorem me reddam. Cæterùm anxius quidem in eo aliquantisper hærebam, sacratissimo nomini tuo an oppellam hanc dicare foret integrum; sed vicit timorem laudabilis (sic mihi blandior) audacia: exploravi clementissimum annutum; & quod petebam, liberalissimè indulsisti

TIBI *itáque* SERENISSIME AC POTENTISSIME PRINCEPS ELECTOR! *Sacra sit hæc dissertatio: Sacra sit vita mea; sintque hæc omnia servitiis tuis perpetuò mancipata.*

Quod reliquum est: DEUM TER OPTINUM MAXIMUM *continuis precibus quàm ardentissimè orabo, ut* SERENISSIMAM DOMUM PALATI-

NAM

NAM *jubeat esse semper florentissimam:* TE *ut eidem ceu* PATRIÆ PATREM *ad extremam usque (quantùm humana fert conditio) canitiem vegetum fortemque servet: subditis pacem ac tranquillitatem largiatur: mihique det, ut servitiis palatinis immoriar;*

ELECTORALIS SERENITATIS TUÆ

Humillimus ac obsequentissimus
Cliens Godefridus Hiermayer.